



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXII. Die Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

in illum sc̄ui, mors denique appetita inter admirabiles diuinæ charitatis ætus dabuntur ad annum 1622. in eius vita.

REMIGIVS SOMER COADIUT.

Belga Loua-
nij 2. Maij
1628.
ætat 84.
Soc. 44.

B. V.

ANte initam Societatem Louanij in sancti Petri æde coram Beatissimæ Virginis ara cereum diebus Dominicis accendebat, aiebatque se illâ tegente à præsentissimis vitæ periculis eripi, quæ subibat inter milites annonam vehens. In Societate laborum audius, si quid laxamenti illi offerretur, modestè id recusans alijs dari postulabat. Vnde per ipsos quadraginta quatuor annos Louanij commoratus, nullum, quamuis vicinum, Collegium vidit. Aeger sacris omnibus

tam religiosè fulcris suis nixus intererat, vt lachrymis totus flueret. Etiam tunc, nec morbi nec ætas, nec frigus acrius illi vnquam persuadere poterant, vt somnum vltra præstitutum omnibus tempus produceret, aut vt ieiunia vel bolo vno laxaret. Totis, quibus in Societate vixit annis horridum, larumque subuculæ instar, cilicium gestavit; non in somno, non in coquenda ceruissa, non in pistrino, denique nullo obtentu illud deponens. Extremâ ætate iussus illud exuere, pro quali quali doloris leuamento cingulum cilicinum impetrauit. Vbicumque de quocumque aliquid etiam leuiter sinistra dici audiebat, vel abibat, vel aures digitis obturabat. Vestes illi pannosæ, cibus parcus, opinio virtutis tanta, vt P. Antonius Sucquet Romam iturus benedictionem ab illo petierit, ac tandem extorserit.

Cilicium.

Charita.

XXII. DIE MAII.

P. GONZALVS

CARDOSVS.

Lusitanus
in Æthiopia.
22. Maij
1574.

Mors præ-
dicta.

ANno 1556. Goam, inde cum P. Andrea Ouiedo & socijs anno 1557. in Æthiopiam appulsus: per multas ærumnas, perstudiosè præ alijs erudiebat monachos à schismate deprauatos. Periculis delectari videbatur, & esse magnæ voluntatum; quas mirâ dexteritate trahebat à dissensionibus ad amorem. Cum P. Francisco Lupio ad pagum quempiam itinere dierum quindecim profecturus, obedienter ac hilare se ire dixit; ac prædixit se inde minimè rediturum,

imò eò ne peruenturum quidem. Per iter, affirmavit Lupio; mortem sibi proximam imminere: illumque impensè rogauit, vt seipsum in tempora meliora seruaret incolumem pro communi bono. Progressi, ab ærumpentibus ex insidijs latronibus inuaduntur. Lupio repenti se abdente, Cardoso primo vulnere ictus concidit, atque occubuit, & omnium celebratione vulgata fuit sententia, illum Orthodoxæ fidei odio interiectum.

P. IOAN-

P. IOANNES BAPT.
MACCADIUS SEU
TAVORA.

Lufitanus
Nangafachi
22. Maij 1617.
Act. 36.
Soc. 20.

Fides.

Charitas.

Patij

Oratio.
Mortis.

Apparatus
ad mortem.

ANNO 1601. in Indiam, 1609. in Iaponiam prosperè penetrauit; & ibi laborauit vsque dum anno 1617. 22. Aprilis, dum, confessione auditâ, formulam absolutionis pronunciarer, captus est ab insidiosis exploratoribus, qui ad Christianos indagandos erant submissi. Miram cordi suo afflari lætitiã aiebat, quoties cogitaret, quòd iam olim septem tantum annos natus, auditis Christianorum apud Iapones triumphis, ad eosdem toto iam tunc desiderio exarsisset. Omuræ in carcere cum alijs ad eòd lætus egit, vt fuerit contestatus, se ne quidem cum orbe vniuerso felicitatem illam commutaturum. In epistolis gratias Deo reddebat amplissimas pro re tam magna: & negabar, se vnquam altius diuinæ scripturæ adyta introspexisse quam in carcere Omurano, in media illa palude. Tam ipse quam P. Frater Petrus ex Ord. S. Francisci, pridie diuinitus intellexere, imminere sibi postridie supremum diem; idque alter alteri lætus aperuit. Hoc die ad decretorium tribunal ituri, cadentibus lætis lachrymis, iucundè cecinere: *Te Deum Laudamus*; & prolixè in se verberibus sæuere, Deo supplices, oratione productâ. Scribebat; mori se plenum solatij quod hauriebat à bono Iesu cui moreretur, cuius odio mortem sibi aiebat inferri, & mortis nuncium vocabat nuncium laureatû. Tum secuti psalmi, & verba inflàmata, & vicissim alteri ab altero facta confessio. Ad mortem educendi, Litanias Sanctorum omnium recitabant. Educti verò sunt ad sacrum illum Nangafachi collem cum Crucifixo in

manu. In loco illo gloriæ iterum se inuicem expiant pœnitentiæ Sacramento, amanter se amplectuntur, gladio cæduntur. P. Ioannes Baptista vno accepto vulnere exiit, IESVM, & MARTAM pronunciauit; & iterum, ac tertio saucius obruncatus est. Aiebant tam Neophyti, quam gentiles; in eo vbi duo hi cæsi sunt loco, sæpius conspecta sibi esse duo sidera pulcherrimis radijs mirum in modum nitentia, & quod lætabile est cum primis, ille qui P. Ioannem cepit, ac obruncauit, eodem anno mense Nouembri Omuræ Christianus, in eiusdem fidei odium occisus, Ioannem secutus est. Aiebat P. Ioannes; sibi tres in vita dies omnium; longè iucundissimos illuxisse: primum eum quo Societatem, alterum quo carceres fuisset ingressus; tertium verò eum quo mortis in hac causâ oppetendæ nuncium accepisset.

P. BARTHOLOMÆVS
PETRACCIUS.

FOECUNDUM illi eruditione sacrâ, & prophanâ ingenium, & promptalingua, mores hilares, arque dulcissimi, sed religiosi prorsus, ac virginitate perpetuâ nitidi. Vnde plures ad vitam cœlo dignam adduxit illâ suauitate, ac mirabili contra vitia libertate in pulpito. Quacunque in vrbe per Quadragesimam concionabatur; Sabbatho (quo alij vacant) eius Urbis sanctum sibi concione celebrandum, & ciues ad illum flagrantius colendos delegit, præstititque feliciter.

IESVS
MARIA.

Mors.
Lxx.

Italus Neapoli
22. Maij
1612. Act. 62.
Soc. 40.

Concionas.

Sancti vrbium.

P. HYA-

P. HYACINTVS
GRILLVS.

Italus Parm.
mæ. 2. Maij.
1630. æt. 34.
Soc. 15.

Concio.

Pictum quoddam dicendi illius genus, quod initio in dicendo ad concionem elegantius potius, quam religiosius susceperat, Superioribus timorem iniecit. At id ubi ille aduertit, vt erat religiosè ingenuus, omnem illum ornatum cum modestiâ commutauit, fructu permagno, apparatione præmissâ diligenti, at verbis non è fide memoriæ recitatis, verùm è præsentis argumenti, & cordis officina petitis. Audiebatur secundâ omnium celebritate, cum Parmam luc flagrare vbi

audijt, facultatem eò se in id periculum conferendi tandem impetrauit; & eadem, quâ Parmam appulit nocte in Limodochium diuertit, vt ad ægros confestim perrumperet; præsentissimam eam suæ salutis occasionem vocans. Pridiè quàm peste afflaretur in ponte Parmensi ignotus senex, cultu Sacerdotali, & humano maius quiddam præferens, illius operam, quam ægris præstabat, Deo gratam esse dixit; mercedem propediem accepturum. Quare ageret, se ad extrema vitæ componeret. Digressi vt fuere ab inuicem, Hyacinthus oculos in virum equis esset, mox reflexit; at iam ille videri desierat & verum prædixisse, affirmauit euentus,

Charitas.

Mort.

XXIII. DIE MAII.

P. FRANCISCVS
ARIAS.

Hispanus
Hispali 21.
Maij. 1605.
ætat. 72.
Soc. 44.

Casitas.

Mortif.

Gratis.

Totus è spiritu paupertatis, & seueræ in se pœnitentiæ disciplina profectus, præstabat industriâ singulari in serendis de Deo, & ad Deum traducendis sermonibus, ac in infimis quibusque instruendis. Hispali Puerilia bellorum imitantia, quibus cunei puerorum concurrebant cum fundis, nec sine graui sæpè vulnere abscedebant, dissipauit. Fœminam nullam vnquam inuilit, nisi vera vrgeret necessitas. Quadragesimam totam agebat in cilicio; festis tantum exceptis. Gaditani Collegij Rector cum esset, seque ad concionem oratione proluxâ disponderet, à Scholastico quodam nostro eius cubiculum fortè ingresso in oratione sublimis à terra repertus est. A mortui cadauere pileus, calcei, tibialia, & vestis ipsa direpta est: cor-

pus loculo particulari conditum, & plumbeâ quoque laminâ cum inscriptione adiectâ.

MAG. ANDREAS
PAVLICHIEZ.

Hic ad ea verba, *subuenite sancti Dei* spiritum edidit, patientiæ longioris laude insignis; de quo annuæ Transyluanix sic reliqua prosequuntur; Fuit vir planè religiosus, humilis, obediens, & magnus mundi, sui que contemptor. In Scholis, & in concionibus, quando opus fuit optimè semper se gessit. Dum ex Boemia per Vngariam in Transyluaniam iret, per ciuitatem quandam iter fecit, quæ à Patria sua aded propè aberat, vt duabus, vel tribus horis ire, & redire potuisset, ipse tamen licèt ibi diem ferè integrum substitisset sineque vllò incommodo parentem quartum supra centesimum annum agentem inuisere valuisset

Croata
Albx. 3.
Maij. 1606.

Mortif. est.
Consangu.